

# PRAXIS CIVILIS,

S E V

## METHODVS

ACTITANDI IN CIVILIBVS.

A U T H O R E

IOANNE DE STEFANO  
I.C. NEAPOLITANO

OPVS TYRONIBVS IN FORO VERSANTIBVS  
necessarium , cum in eo iudicaria tela adinstar pro-  
cessus compilationis sit diligentè contexta,  
& quamplurimis libellorum for-  
mulis elegantè ornata ;

*Casus omnes tempore Doctiss. Consiliarii Matthei de Afflictis  
Neapolitani ventilati, & magno studio, summaque  
attentione per S.R.C. decisi, breuiter, & accu-  
rately suo ordine repositi;*

ET DEM V'M NOTABILES CASVS, QVI DE FACILI  
(etsi frequentes) non inueniuntur in Practicorum  
voluminibus suo loco collocati.

C V M D V P L I C I I N D I C E.



NEAP. Ex noua Officina Dom. Ant. Parrino, & Michaelis Aloysij Mutij, 1688.

SUPERIORVM PERMISSV.  
A spese di Dom. Ant. Parrino.



D O M I N O

# F R A N C I S C O D E S T E F A N O.

Officiali Maiori Regiae Scribanie Portionis in  
banca Exercitus.



*Vanta sit Virtutis laus, agnoscite eam à  
Lactantio, qui dicit: non propter se ip-  
sam virtus expetenda, sed propter vitam  
beatam, quæ virtutem necessariò sequitur;  
ab Antistene, dicente: Virtutem sibi suffi-  
cere ad Felicitatem; à Principe Romane eloquentia,*

-RIS MP

† 2

qui



# PRAXIS CIVILIS,

Seu

## METHODVS

ACTITANDI IN CIVILIBVS.

A V T H O R E

IOANNE DE STEFANO V.I.D.

*Origo Litigandi; Definitio Iudicij, &c.*

C A P . I



Itigandi, seu placitandi Origo, incœpit in  
Paradiso voluptatum. *Genes. cap. I. v. 3.*  
vbi legitur, quod Adam excipiendo di-  
xisset: Mulier, quam dedisti mihi sociam,  
decepit me, & comedi, & Deus Iudex po-  
stea, formato quasi iudicio, illum puniendo his verbis  
damnauit: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Gen.*  
*cit. cap. 3.*

2 Praxis tamèn judiciaria, originem sumpfit ex lege  
Veteri. *Deutoron. cap. 19.* ibi: Non stabit testis unus  
contra aliquem, quidquid illud peccati, & facinoris fuc-

A

rit;

X procedit in causis, vbi est interesse Regij Fisci. Vide

Pragm. 61. de offic. Procur. & Pragm. 37. de offi. S.R.C.

628 LXXIV. Quod creditur Notario dicenti; Talem esse  
Procuratorem N.N. non obstante, quod mandatum pro-  
curationis non producitur. DD. in hauth. si quis in aliquo  
documento cod. de edend. Et quid si Tabellio afferat se vi-  
disse, & leguisse mandatum procuracyonis? Vide Paschal.  
de patr. potest. p. 1. cap. 8. 83.

629 LXXV. Quod quando, nec actor, nec reus accepit  
citationem testium, tunc in S. C. relinquitur citatio ad  
publicandum, & publicatio; Et in M. C. relinquitur  
publicatio in causa.

630 LXXVI. Quod litteræ executoriales possunt exequu-  
tioni demandari, etiam in die Pascatis, sicuti dicimus de  
illarum ostensione Principali, aut Procuratori; Et de re-  
stitutione processus; Quiā isti non sunt actus iudicarij  
fieri prohibiti in diebus festiuis. Et hæc ad laudem, &  
in gloriam DEI Omnipotētis, & Diu. IOANNIS Evan-  
gelistæ.

F I N I S.